



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Domino Papæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

374 Epistolarum Innocentij III.

signatorum fugerunt; sed milites & fideles reliqui castrorum ipsorum ad exercitum fiducialiter accedentes, se, sua, & ipsa castra in manus signatorum dederunt, fidelitatem eis & hominum facientes, & in vigilia beatæ Marie Magdalena redditum sicut nobis nobile quoddam castrum quod dicitur Servianum, cui alia plura castra, & ipsa bona admodum, appendebant. In castro vero, in festo sanctæ Mariæ Magdalena, in cuius

* Trincavel-lum. Vide hif. Albig. cap. 15. Et Guili. de Po-dio-Laur. c. 13.

Ecclesia cives Biterrenses dominum suum dudum proditionaliter interfecerant, manè obsesta est civitas; quæ quidem natura loci, viris, & vietualibus adeo videbatur munita quod per longum temporis putaretur posse quantumlibet exercitum sustinere. Verum quia non est fortitudine, non est consilium contra Deum, dum traçaretur cum Baronibus de liberatione illorum qui in civitate ipsa catholici censebantur, ribaldi & alij viles & incemes personæ non expectato mandato Principum in civitatem fecerunt insulatum, & mirantibus nostris, cum clamaretur *Ad arma, ad arma,* quasi sub duorum vel trium horarum spatio transiens fossatis ac muro capta est civitas Biterrensis, nostrisque non parentes ordinis, sexui, vel ætati, ferè viginti milia hominum in ore gladij peremserunt; factaque hostium strage permaxima, spoliata est tota civitas & succensa, ultione divina in eam mirabiliter saeviente. Dissemelato ergo ruore tanti miraculi usque adeo territi sunt universi ut montana petentes & invia inter Biterrensem & Carcassonam reliquerunt castra nobilia plusquam centum, referta tamen cibaris & reliqua supellestili quam fugientes secum nequiverant asportare; inter quæ castra erant quamplurimorum adeo natura loci, viris, deditisque munera ut viderentur insulatum nostri exercitus posse facilè longissimo tempore sustinere. Inde duce Domino, cuius duebatur amore, in festo sancti Petri ad vincula totus Christi exercitus Carcassonam pervenit, civitatem utique populosam, & in sua perfidia tam loci fortitudine quam divitiarum abundantia gloriantem. Obsesta igitur civitate, in castri nolti fecerunt insulatum in primum suburbium, quod utique licet vallo, muro, & propugnaculis valde munitum esset, nostri tamen inter imbris lapidum, inter tela balistarum, inter lanceas & gladios defendantium, quasi sub duarum horarum spatio omnia transcendentes, tam potenter quam mirabiliter intravere suburbium, ipsumque incendio vastaverunt. Inde vero erexitis machinis, octavo die captum est majus suburbium, & ab ipsis civibus incendio devastatum. Conclusis igitur hostibus infra civitatis angustias, cum supra quām erederetur à nostris multa interiūs cives ipsius laborarent inedia, se ac sua omnia & civitatem ipsam obtulere signatis, dummodo eis vita ex misericordia servaretur, & deducerentur fecuri tantummodo una die. Habito itaque communi consilio, quasi necessariò Principes sunt induci ad hanc misericordiam faciendam; tum quoniam apud homines non videbatur civitas facile posse capi, utpote loci positione & humana industria munitissima, licet hoc facile Deo esset, qui omnia faciebat; tum quia plurimum timebamus ne si vi civitas caperetur, sicut de aliis locis jam contigerat, etiam invitatis Principibus, sive ab his qui nobiscum erant corpore sed non mente, sive

Vide hif. Albig. cap. 16.

ab ipsis hostibus omnia incendio vastarentur; & sic hujusmodi necessitate inducti, sub predicta forma recipi permisimus civitatem, ut ea per catholicos viros munita, reliqua civitates & castra quæ occupavit exercitus ab heresi per catholicorum prudentiam expiarent, qui per incolarum nequitiam fuerant haec tenus turpiter maculata. Ut igitur terra quam in servorum suorum manibus Deus dedit, ad honorem ipsius sanctæque Romane Ecclesie ac totius Christianitatis servetur, nobilis vir Simon de Montforti, sanctitati vestra, sicut credimus, bene notus, vir armis strenuissimus, fidei devotissimus, ac totis viribus perseguens hereticam pravitatem, in Principem & dominum terræ ipsius de communi consilio est electus; cujus quantum sit desiderium circa repandum in partibus illis Ecclesie Dei statim ex Vide hif. L. hoc evidenter appetit quoniam jam ipse dispositus ibi, cap. 15. ut de tota terra quam ibidem dederit ei Deus decime & primitiae Ecclesie cum integritate solvantur, ac si quis huic suo proposito contrariebat, ipsum tamquam suum & Ecclesie inimicum totis viribus impugnaret, ac de singulis laribus terre fore vult annuatim Romane Ecclesie denarios tres persolvi; & ne possit in ditione sua censura ecclesiastica vilipendi, constituit ut si castellans per quadraginta dies in excommunicatione permaneret, antequam reconcilietur Ecclesie centum solidos, si Miles fuerit, vel burgensis quinquaginta, si plebeius quilibet, viginti solidos componat; & in recognitionem domini Romanae Ecclesie, Vide hif. L. aliorum dominorum in omnibus salvo jure, dis. epif. iii. posuit annis singulis certam vobis solvete pensionem. Pro ipso igitur & cum ipso beatitudinem vestram preces offerimus humiles & devota quatinus in suis petitionibus, quas faciet per solemines munios qui sunt pro eo ad sedem apostolicam accessuti, eum solita pietate dignemini exaudire; ut per favorem Romanae Ecclesie terram illam prorsus emundet ab heretica pravitate. Licet enim major pars exercitus ad partes suas redierit, expedito per Dei gratiam duorum mensum statio quod vix sperabatur posse per biennium vel triennium expediti, adhuc tamen tot Milites aliquę probi homines cum dicto nobili remanerunt quod, dummodo ab Ecclesia, cuius negotium ipse gerit, in expensis juvetur, facile sibi erit non solum aquilitam terram defendere, sed expulis prorsus hereticis, prater Tolosam, totam aliam occupare. Cum enim, prater civitates, plusquam ducenta optimis castra possideat, ac Vicecomitem Biterrensem hereticorum pessimorum defensorem teneat vinculis compeditum, evidenter appetit eum ad muniendo terram hujusmodi & aliam acquirendam multis viris ac viribus indigere. Multa quæ desunt praedicti nuntijs sanctitati vestra referent viva voce, sicut qui semper presentes fuerunt.

DOMINO P A P E.

Sanctissimo Patri & Domino Innocentio Dei gratia apostolice sedis summo Pontifici Simon Comes Leicestriæ, Dominus Montisfortis, Biterrensis & Carcassonensis Vicecomes, salutem, & Vide hif. 15. tam debite subjectionis quam reverentiae plenitudinem. Noverit sanctitas vestra quod auditio mandato vestro mihi specialiter destinato, omni

mota postposita ad partes Albenses iter meum
fuerit hæreticos preparavi; ubi Dei vocatione &
assensu procerum crucifigitorum, quamus in-
dignus, ad terræ illius regnum & dominatum ad-
vocatus & unanimiter electus, ibi ad honorem Dei
& fidei catholicæ supplementum, si valeam, pro-
posui remanere, spem habens in Domino præci-
pium quod pravitas hæretica in illis partibus fun-
ditur defruetur, si veltra fructus auxilio, præve-
niente gratia Dei, quæ duo milii conferunt spem
totius consilij post laborem. Veruntamen quia la-
bor est sumptuosus duplice de causa, oportet ut
cure pervigili, sicut bono inchoasti principio,
fine peroprimo terminetur. A terra enim illa pro-
ceres terrarum qui ibi in expeditionem super hæ-
reticos confluxerant, me ferè solum inter inimicos
Christi per montes & scopulos vagantes cum
non multo militie reliquerunt; & terram præ ni-
mia pauperate, cuius bona delicta sunt, sine
veltro & fideliū auxilio non poterò diutius gu-
bernare. Ipsi enim hæretici partim castella reli-
querunt vacua & subversi fugientes, partim verò
ex illis fortioribus adhuc tenent, Dei exercitu re-
sistentes, donec ipsorum spuria vi tristre Dei
dextera comprimiratur. Oportet siquidem me con-
ducere soldarios qui in eum remanerunt grandiori
pretio quam in aliis guerris. Vix enim possim
aliquos retinere nisi duplice remunerentur remu-
neratione. Statutum est verò quod Ecclesia Ro-
mana, quæ caput nostrum & fidei catholica esse
dimicetur fundamentum, solutione trium dena-
tiorum ab unoquoque hospitio annuatim per il-
lam terram perenniter congaudebit; & hoc peto
à vestra sanctitate firmiter confirmari. Decimas
siquidem, quas huc usque hæretici detinuerunt,
dignum duxi Ecclesias terræ & Ecclesiarum minis-
tris sine aliqua diminutione per totam terram fide-
liter dispensare. Ceterum his ita jam pro posse
meo ad honorem Dei dispositis, vestram mea par-
ties depositi sanctitatem ut dictam terram, qua
mibi ex parte Dei & vestra & per Legatum vest-
rum Abbatem Cisterci, communicato super hoc
tenor exercitus consilio, mibi & heredibus meis,
illis etiam qui laboris participes ejusdem terre
secundum meritam acceperint portionem, benigne
dignemini confirmare. Venerabilem siquidem vir-
rum Abbatem Cisterci præ ceteris negotio Dei
fideliorem & priuatem in omnibus inventi, fer-
mone, opere, consilio, fide integra constantio-
rem. Et quia non nocet admisso subdere calcar
equo, vestra supplico paternitati ut de me & de
terra sit ipse follicitus, sicut confuevit, per apo-
stolicam monitionem dignemini commovere. Ve-
rū quia que expedient non valeo penitus præ-
notare, sanctitati vestre dilectum & fideliū
memor nobilem virum R. latorem præsentem
transmittere decrevi, cuius absentiam graviter
me expedit sustinere, cum ipse mihi fuerit pars
consilij & auxilij supplementum, ut quæ vestra
sanctitati ex parte mea dixit fitmitem rata ha-
beatis.



AD V L P H O Q V O N D A M
Coloniensi Archiepiscopo.

S Olet annuere sedes apostolica piis vo-
tis, & honestis petentium precibus fa-
vorem benevolum impetriri. Eapropter
tuis justis postulationibus grato concurren-
tes assensu, provisionem ducentarum &
quinquaginta marcarum quam tibi vene-
rabilis frater noster Coloniensis Archiepiscopus de consilio & assensu Priorum &
conniventia nobilium terra ac ministeria-
lium & civium Coloniensium ad manda-
tum nostrum percipiendam annis singulis
assignavit, sicut in ejus authentico conti-
netur, auctoritate tibi apostolica confir-
mamus & præsentis scripti patrocinio com-
munimus. Nulli ergo &c. hanc paginam
nostræ confirmationis infringere vel ei &c.
Si quis autem hoc attentare præsumperit
&c. usque incursurum. Datum Laterani
vii. Idus Novembr. pontificatus nostri
anno duodecimo.

*Epist. 110:
Confirmatur
penitio 150.
marcarum.*

P R I O R I E T F R A T R I B U S
Ierosolymitani hospitalis sancti Egidij.

C Vm à nobis petitur quod jukum est
& honestum, tam vigor æquitatis
quam ordo exigit rationis ut id per sollici-
tudinem officij nostri ad debitum perdu-
catur effectum. Eapropter, dilecti in Do-
mino filij, vestris justis postulationibus gra-
to concurrentes assensu, castrum, bur-
gum, & palatum de Manuasca & alia
omnia cum suis pertinentias à Guillelmo
quondam Comite Forcalcarenis domui
vestrae pie concessa, sicut ea justè ac pa-
acificè possidetis, & in instrumento ipsius
Comitis continetur, vobis & per vos do-
muni vestrae auctoritate apostolica confir-
mamus & præsentis scripti patrocinio com-
munimus. Ad majorem autem cautelam
instrumentum prædictum de verbo ad ver-
bum huic nostræ pagina duximus inferen-
dum; cuius tenor est talis. *E g o G V I L -*
L E L M V s Dei gratia Comes Forcalcaren-
is, filius Domini Comitis Bertrandi & Do-
minæ Comitissæ Iaucerandæ, pietatis in-
tuitu & in redemptione peccatorum meo -
rum & parentum meorum, & in compen-
satione damni Hospitali & fratribus à me -
illati, dono & jure perfectæ donationis in-
ter vivos tradō in perpetuum, sine omni -
retinemento, Domino Deo & fratribus
Hospitalis Ierosolymitani præsentibus &
futuris in manus de te fratre Petro de Fal-
ccone ejusdem Hospitalis Priore propriam
domum meam, scilicet palatum de Man-

*Epist. 111:
Confirmatur
eis donatio fa-
cta à Comite
Forcalcarenis.*